





7494

10

Q. D. B. V.
DISSERTATIO INAUGVRALIS
CONTINENS THESES
DE

1721, 2

REMEDIIIS FIDEIJS-
SORIS CONTRA DEBITO-
REM PRINCIPALEM
COMPETENTIBVS,

^{QVAS}
Ex Indultu Magnif. & Illustr. Juris-Con-
sultorum Ordinis

SINE PRAESIDE
PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores & Privilegia Docto-
ralia rité Capessendi


SOLENNI *Censura* subjiciet
Ad diem 16. Octobr. M DCC XXI.

ANDREAS DE FONTAINE,
Colmariensis.

ARGENTORATI,
Literis Viduae JOSIAE STÄDELII, Univerf. Typogr.



DEO,
PATRIÆ,
PATRONIS
ET
AMICIS.



*De Remediis Fidejussoris con-
tra Debitorem principalem
competentibus.*

THESIS I.



*F*idejussio est contractus verba-
lis, hodie consensualis, quo
quis in securitatem debiti
fidem suam *pro Principali*
Debitore inter ponit, ita ta-

A 2

men

men ut *Debitor principalis* semper maneat obligatus.

THES. II.

Obligatur ergo *Fidejussor* ad solvendum pro *Debitori* sed dum pro *Debitori* solvit eum liberat quidem a Creditore, sed non à *Debito*.

THES. III.

Siquidem *Fidejussor* regressum habet contra *Debitorem* ad id, ut suum, quod solvit etiam consequatur.

THES. IV.

Sunt autem Remedia *Fidejussori* contra *Debitorem* competentia duplicis generis. Aut enim agit *Fidejussor* contra *Debitorem*, postquam pro eo solvit, aut agit contra eum, antequam solvit.

THES. V.

Si *Fidejussor* agere vult, postquam solvit, tunc aut solvit pro sciente, aut pro ignorante aut pro invito:

THES. VI.

THES. VI.

Si soluit pro sciente, tunc negotium induit naturam Mandati, habebit ergo *Fidejussor* contra *Debitorem* actionem Mandati contrariam ad indemnitate[m]. Negotium enim *Debitoris* & quidem ejus voluntate gessit. Habebit etiam actionem ex stipulatu, si speciali stipulatione *Debitor Fidejussori* se exsolviturum esse sponderit.

THES. VII.

Si soluit pro ignorante, tunc res abit in Negotiorum gestionem. Itaque *Fidejussor* instituet contra *Debitorem* actionem negotiorum gestorum ad indemnitate[m].

THES. VIII.

Si vero soluit pro invito, tunc quidem regulariter actio seu regressus contra *Debitorem* non datur, quod si *Fidejussor* sibi cedere fecerit à Creditore actiones contra *Debitorem* competentes, ex Jure alieno regressum

sum instituere poterit. Quo ipso simul ostenditur Casus, ubi *Fidejussor* contra *Debitorem* beneficio cedendarum actionum opus habet.

THESES. IX.

Quod si misericordia ductus pro *Debitore* invito solverim, ne æs ejus alienum augeatur, ex æquitate utilis actio negotiorum gestorum dari potest.

THESES. X.

Sed quæritur, an *Fidejussor* agere possit antequam solverit Creditori? Ratio dubitandi hæc esse potest, quia ante solutionem nondum in damno est; *Fidejussor* ergo expectet tempus factæ solutionis, & tum demum actionem instituet ad indemnitatem.

THESES. XI.

Præsertim cum, si a Creditoribus molestatur, beneficio excussionis seu Ordinis uti possit. Non enim cogitur *Fidejussor* ad solven-

solvendum, antequam *Debitoris principalis*
bona excussa fuerint.

THES. XII.

Verùm cum sæpe *Fidejussor* renunci-
et beneficiò excussionis, cum etiam sæpe illud
locum non habeat, quando *Debitor* est diffi-
cilis executionis, cum etiam sæpe *Creditor*
negligens sit in excutiendo *Debitor*, cum
porro imminere possit periculum actionis à
Creditor instituendæ, utiq; *Fidejussor* agere
potest contra *Debitor* ad se liberandum
in his Casibus à *Fidejussione*.

THES. XIII.

Proponitur hic Casus in *Cap. 3. X. de*
Fidejussoribus ex quo *Doctores* remedium
pro *Fidejussore* contra *Debitor* ad se libe-
randum depromserunt.

THES. XIV.


Simile huic remedio est Beneficium
Legis. Si Contendat 28. ff. de Fidejussori-
bus

bus, quod datur *Fidejussori* adversus Creditorem, qui negligens est in exigendo *Debito* adversus Creditorem ad id, ut agat contra se ad audiendas suas exceptiones, vel si nolit agere, ut ei perpetuum silentium ratione *Fidejussionis* imponatur.

THES. XV.

Eadem, quæ de *Fidejussore* diximus, cæteris partibus locum quoque habere possunt in *Expromissore*; Sic actionem *Mandati* ut & negotiorum gestorum contrariam instituire poterit. Poterit quoq; ex *Jure cessione* agere. Sed quæ de *Beneficio Excussionis*, aut de *Beneficio Legis si Contendat*, dicta sunt, locum non habent.

F I N I S.




1018

ULB Halle
007 430 779

3







494

10

1721, 2

Q. D. B. V.
DISSERTATIO INAUGURALIS
CONTINENS THESES
DE

REMEDIIIS FIDEIJS-
SORIS CONTRA DEBITO-
REM PRINCIPALEM
COMPETENTIBVS,

^{QVAS}
Ex Indultu Magnif. & Illustr. Juris-Con-
sultorum Ordinis

SINE PRAESIDE
PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores & Privilegia Docto-
ralia ritè Capessendi

SOLENNI Censura subsciet
Ad diem 16. Octobr. M DCC XXI.

ANDREAS DE FONTAINE,
Colmariensis.

ARGENTORATI,
Literis Viduæ JOSIAE STÄDELII, Univerf. Typogr.

